

inest patientibus; & doloribus: quippe- quam peccatores comprimuntur, ut pe- reant; & iusti singulariter affliguntur, donec transeant: gratique sponte per ignem & aquam amplexantur cruciamen; quia non datur in cruciamen, sed in purificationem. Quid de fortuna querimus homunculii igna- vi? Non est fortuna, sed divina providen- tia. Dicitis cum Firmiano Simphosio,

Fortuna potens quam variabilis,
Tantum iuris atrox, que tibi vindicasti
Everti que bonos, eligi improbos,
Nec servare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus affliti:
Iustus illa viros pauperie gravat,
Indignos eadem divitijs beat,
Hec aufert iuvenes, & retinet senes:
Iniusto arbitrio tempora dividens:
Quod dignis admittit, transfert ad impios.
Nec discrimen habet, rectave iudicat,
Inconspans, fragilis, perfida, lubrica.
Quid vobis videtur? O iusti! O iniusti! Quid
Ipe respondeat.

Nec quos clarificat, perpetuo fovet:
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

Ignem Christus venit mittere in terram, & hanc cupiebat concipere flammam, non ut terram cordium consumeret; sed ut noxia perderet. *Diu oppressa dumis* (ait Chryso- logus *Serm.* 164.) *cupiens novalia purgare, ignem mittit primum maximus magister in terra, ut quicquid naturalis squalificerat luxus, quicquid arefecerat brumalis rigor, artificij depurgat, & consumit incendio.* Lucet tunc, quod urit in terra cordium. — *Omne per ignem*

Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.

Canit Virgilius *Georgic.* lib. 1. v. 87. Magna insignitur vel penitenti pena; sed in inflicta maior apparet misericordia: quandoquidem ne afflictum finis afflictionis lateat, amor iudicis & vindicis vitam in morte ministrat.

DIDASCALIA III.

In Christianorum pena latet futura gloria.

1 **P**rofert ingeniose Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. Altè cogitat, ne Christianus persecutiones fugiat: etenim quæ videtur pena, latet gloria; & nequaquam evaescit, quia in persecutione lateat.

Sira- phol.

Chry- sol. Uniter terrarum rationalis ut vitium careat, & vitium tibi fo- etat. Virgil.

Gregor. Naz.

Nec te quævisis extra.

Cecinit Persius *Satyr.* 1. v. 21. Exteriora dif- fensa apparent, quoniam opposita & pati & frui: sed consonant interiora, igitur inter opposita nulla micat differentia. Species immutantur, verum non immutant verita- tem species. Contraria invenies, si quæ- veris extra; nullum discrimen, si perpe- xeris intra. Silenorum adinstar (de quorum imaginibus egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Did.* 10. num. 13. & *Tautolog.* 5. *Didasc.* 20. num. 10.) homo interior & exterior (hic exte- riori cultu, ille absconditus cordis homo, ut ait Petrus) siquidem si primo aspectui lumi- num imago occurbat rudis, ad intra cor- ruscabat plena radijs. *Puta itaque Deum dicere* (inquit Seneca de *Provid.* cap. 6.) *Alijs bona falsa circumdedit, & amicos inanes, ve- lut longo fallacique somnio lusi. Auro illos, argento, & ebore ornavi; intus boni nihil est. Permissi vobis metuenda contemneret, cupienda fastidiare: non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obversa sunt. Felicit- ter prorsum: quandoquidem dum urget ma- la fortuna, latet gloria; quoniam bona penæ uti obversa, sunt ad intra: & quous- que hominis cordis, uti Silenorum, aperia- tur penetrare, apparent sine splendore: sed ibi introrsus coruscant, licet ob corporis ve- lum extrinsecus non appareat.*

2 Pro simbolo gloriæ apparuit Domi- nus in flamma ignis; & pro signo angustie populi in Egypto, ut moveret in subsidia profugum Moysen, hic atronitus vidit ru- bum flammantem. Rubus ardebat, sed non comburebatur, ut pateat, quod tribula- tiones mittuntur iustis, ut luceant, & non ut ardeant. *Vadam, ait, & videbo visionem hanc magnam.* Accessit Moyses ultro, ut po- tiretur voto; sed statim audita est vox: *Ne appropries huic.* Tunc ergo *abscondit Moyses faciem suam.* Plura occurrunt disquirenda. Si intendit videre visionem insignem, quo- modo abscondit sollicitè faciem? Si gloria fulget vivenda, & visioni gloriæ Moyses appropiat; quare arcetur progressus, ut cla- rius videat? A longè minime clarè videtur & sine oculorum ministerio nullatenus fit sensatio. Si ergo visioni exponitur ignis ma- gna singularis scena, ut in flamma mirifica rutilet incognita gloria; videtur, ut non videatur? Nullo modo. Indicatur ubi collo- canda lumina, & ubi querenda gloria.

3 Pependit. Pressus Moyses dira ty- rannide aberrabat extra patriam, dum alij filij Israel extremam patiebantur angus- tiam. Qui hic patiuntur, etiam hic glorifi- cantur, gloria quorum signum apparebat in rubo,

Perf. ibi glo- ria, ubi pena.

Silenorū imaginis.

1. Petr. 3: 4

Bona ve- ra in munda introitus obversa.

Exod. 3

Verf. 5: & 6.

Quomodo Moyses lami- na clau- dit, ut videat.

rubo, radijs ignis illustrato, sed non con- sumpto. Visio profectò magna, quòd glo- ria includeretur in passione non condigna. Stupuit Moyses, & dum intendit in gloria visionem, retorquens lumina in pectus, ab- scondit faciem: igitur apertus totus splendor inerat, in pectore quo latebat. In corde tri- bulatorum residet, quæ queritur extra, pa- tientie & fortitudinis gloria. Rubus ignibus lucens, splendoris dumtaxat erat speculum: gloria in corde habebat solium: & à rubo lu- cida, quam videre conatur, avertit vultum; ut clarius gloriam querat in pectore thro- no, cuius signum tantummodò apparebat in rubo.

4 **C**ausa liquet. Bona quærebat Moyses inter tot corporis & animæ amaritudines. Apparet rubus ignitus, gaudetque visione lachrymans oculus; sed in pectus dirigit lu- minum aciem, ubi proponit magnam vi- dere visionem; quippe cum bona vera in- trorsus obversa sint; sete querit & anxie, an gloriam videat in se. Vera gloria iuxta Na- zianzenum, oculos fugit.

Gregor. Nazianc. *Quam decor occultus decorat, quam tecta venustas.*

Ita loquitur in *Præcept.* ad *Virgines*: igitur estò floreat virtutibus pectus ut hortus, hor- tus conclusus; estè ebulliat aquis vivis cha- rissimatum, fons signatus. Gloria quæ flore- bat ad oculum, allicere debebat bono cogi- tatione lumina: & oculos avertit Moyses à visione magna; ut experiretur, an illa, quæ videt bona, sint vera: an habeat virtutis soli- tude firmitatem, quæ gloria in rubo emitte- bat splendorem: quandoquidem animo re- ligioso suspiciosa, ni haberet intra, quæ luce- bat extra.

5 Hinc patet ad principale quæstionis propositum. Gloria æterna designata fuit in rubo flammante, lucido igne, interminato splendore, cuius spe eveheretur animus Moysis in patientiam tribulantis, ut Israël- em de domo educeret servitutis. Hic inest sane pena, & pena summa. Hic lucet vi- sio gloriæ, & visio magna; quia gloria nitet in pena: quam videre cupiens Moyses, medi- tans versus pectus, eius abscondit facies; ut videat in proprio throno, quæ conspicie- bat in rubo: igitur si extra patebat, in pectore latitabat. Haud facile creditur thronus beatitudinis in loco tribulationis: & ut con- silet tribulationem oculare beatitudinem: Moyses versus pectus dumtaxat luminis di- rigit aciem: etenim non inquireret in pectore, ni perfectionibus gloriam haberet in corde.

6 **A**struit intentum, dum vox prog- res- sit. *1. Taut.*

diendi in visionem truncat conatum. Seru- tari sollicitabat Moyses illud singulare quid, & audit: *Ne appropries huic.* Ut intelligat mysterium, exhibetur oculis rutilans ignis, & procedit anxius in captum miraculi singu- laris: quandoquidem novum, quòd in extre- ma pena lateret lucidior fulgore gloria, & sub ornatu acerbissimi procius doloris re- gnum constaret inaudita voluptatis, militis plantu & fletu, persecutione & gaudio, amaritudine denique & felicitate; quæ omnia investiganda (ut opposita) in rubo flamma- te singulariter illata. Pedem movet, & vox motum interdicat. Ad quid gressus, si viger animus? Dirigat in penetrabilia pectore fa- ciem, & intelligat visionem: etenim illa quæ in rubo ad extra gloria fulgebat, in pectore Moysis intrinsecus latitabat.

7 In Elia etiam visum. Illum Iezabel persequatur ad mortem usque, & fugit minas, sed obdormivit discrimine. Quid hoc? Frustra aciores persecutiones gravant, quem dolores mortis incuriosè soporant. Persecutionem passus mortem fugit, & glo- riam Domini in Horeb felix invenit. Ante eius oculos transitura gloriæ visio: *Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio.* Oculos claudit ut videat? An quia despiciens voluntarie temporalia, spe- culatur cœlestia? An quia qui cæcè obedi- dit, plus in obedientia videt? Planè: igitur quicumque iudicium sequuntur prop- rium, oculos habent, sed non vide- bunt. Ideo obvoluto capite, *Egressus ste- dit in ostio speluncae.* Firmiter procedit, quem cæcè obedientia ducit. Non cessat clausis oculis, qui lumen habet privatione luminis. Intendit in Lazarum, seu obe- dientem perfectum. Ausugit voluntas pro- pria, quia *Facies illius sudario erat ligata:* & sepulchro proprie intervenit fallacia, & amica voluntatis; non ostendit etiam liga- tur pedes & manus inlitis. Hinc Elías ut vi- deat, clausis lumbibus prodit; quoniam si vi- deret extra, gloriam illam non videret.

8 Ergo ad rem. Gloriæ ostendendæ optabilis magnitudo, & oculos obstruit qui visurus, pallio. Merito quidem, ut pateat, quam patiente, obtineat felicitatem. Glo- ria perfectionem non tantum sequitur, sed individue obsequiosè comitatur: & ope- rit pallio faciem, dum Elías patitur perfe- ctionem; ut gloriam, quam in ostio conspici- turus speluncae, reflexione luminis serua- retur in corde: quandoquidem gloria quæ ex pena, futura; præsens in pena: & secum afflictus habet, quod extra videre cupit.

Ex. 3. 12

Frustra queritur, longè quod est in pectore.

3. Reg. 19. 13.

Ibid.

Obdormi- plus vi- det, dum minus videt.

Ioanni. 12. 44.

Gloria futura est pena, non sum- ra.

Ezech. 32.

Cur Mar tyres filii ei & adamanti similes?

Iud. 7. 29.

Gen. 22. 2.

Etiamsi licet in persecutio-

Math. 23. 1.

Et gloria in summa gloria.

9 Quam apte filici & adamanti conferuntur persecuti! *Ut adamantem & ut filicem posui faciem tuam*, dicitur Ezechiel. Ignis later in filice: & idem qui ad fractionem, tendunt in lucem; quippe dum magis persecutio tundit, pectus admittit filicis magis flammeficit. Haudquaquam lucem ictus filici praestat, duntaxat signat, quae latitat: & occasio ministrat fulgoris sub specie acerbitatis. Adamanta imitatur pectus, cui pretium summum dat vulnus. Splendor non apparet in infecto, verum habetur artificis manu: congrueque adamanti confertur, qui persecutionem patitur; quoniam labor artificis minimè confert, sed duntaxat latentem splendorem ostendit: erentim haud fulgeret ad extrà, nisi lumen haberet intrà. Franguntur ictibus lagenae corporis, & apparent conulescentes lampades; quippe inde non abest splendor, sed laet fulgor, quem officiosè persecutio demonstrat, ubi recedere tentat, & ministris cruciatibus, rutilant thesauri gloriae vasis fidelibus.

10 Pro summa felicitate accipitur in Scriptura Domini benedictio: unde Abraham dicitur. *Benedicam tibi, erisque benedictus*: quasi diceret, felix, & faustus. Quomodo cuncta prospera, dum Abraham patietur gravia? Felicitatem promittit, quam nemo illatenus novit. Felix tunc homo censetur secundis, minimè adversis: & Dominus geminam consulto benedictionem; ut Abraham duplicem obtineat felicitatem. Prosper eris felicitate, & etiam persecutione. Etiam abiectus, erit benedictus; atque felicior, dum magis abiectus: siquidem in acriori corporis poena, rutilabit, quae laet, futura gloria. Sit ergò, verum claret contradictio. Si futura gloria est, ibi non laet: si ibi laet, non futura: quo ergo pacto est, & erit ibi gloria? Etiam in persecutione fulget: ibi laet, quae apparebit.

11 Beatos plaudit assertor N. discipulos, etiam inter vitæ miserimæ tractus, igitur per gradus tribulationis & poenae, in scabra vitæ statuit cacumen gloriae. *Beati estis* (inquit) *cum maleaverint vobis homines, & persecuti vos fuerint*. Nota. *Estis & Maleaverint*, &c. est dissona concordantia, atque tempora incongrua. Persecutio construit merium, per quod pervenitur ad gaudium: at non est gaudium in merito, sed de merito, quod ministrat persecutio. Beatitudo non tantum est gaudium, sed gaudium plenum, uti perfecta aggregatio bonorum omnium, quae quidem obtinebitur post persecutionem, dum nati fuerint perpetuam felicitatem; quomodo ergo sunt beati, dum

distribuntur miseri diræ poenæ? Quia in poena, futura latitat gloria: & intrat feliciter in Domini gaudium, dum illos tyranni mortem usque persequuntur.

12 Vividius promam. *Beati estis, cum persecuti vos fuerint*. Hoc, futurum patet: *Beati estis* praesentem beatitudinem innuit. Persecutione erunt beati. Utique: sed sunt? Proculdubio. Hoc habet misericordiam tribulationis. Adhuc in vita micat, quae futura beatitudo: & dicantur proprie beati, dum illos persequuntur; quia vel in misero mundo sunt, quod erunt. *Beati estis*. Ni gloria lateret in poena, remaneret praesens poena in hoc mundo sine gloria. Si laet ibi, & est praesens, & futura. Haud ambigitur de futura beatitudine media persecutione; sed de praesenti, dum comprimuntur tyrannorum cruciamine: & gloriosi ac felices plauduntur, dum accerit cruciantur; quia iam habent in via, quibus gaudendum in patria. *Beati estis*. Eritis. Utrumque verum. Relucet iam beatitudo futura: quae hic est fulgorat, continuatur in patria. In patria tantam invenitur gaudium: in persecutione illud gaudium, & tormentum: unde iunguntur tempora omnino contraria, praesens & futura gloria; siquidem in persecutione praesens gloria, quae futura. *Estis. Eritis*. Haudquaquam primum distinctum. Dum illos persequuntur, erunt sanè, quod sunt; quia sunt, quod erunt. Erunt in patria qui gloriosissimi in via; quia sunt in mundo, qui futuri caelo.

13 Locum hic habet quaestio, quam excitat D. Thom. 1. 2. quaest. 69. art. 2. scilicet: *Utrum pramia, quae attribuntur beatitudinibus, ad hanc vitam pertineant?* Augustinus lib. 1. de *Serm. Domini. in mont.* astringit, ad hanc miseram vitam pertinere. Ambrosius lib. 5. in *Luc. cap. 6.* ad gloriam duntaxat spectare. D. Thomas ex Chrysostom. Homil. 6. in *Matth.* ad hanc & ad illam attingere vitam. Ex huiusmodi solutione oritur argumentum gravissimum. Si pramium obtinetur in hoc mundo, in futuro non est pramium. Quo igitur pacto evanescit gloriosa caelorum pramia, cum ibi designentur merces, & merces copiosae? Est in caelo, & est in mundo. In mundo laet, in caelo apparebit: & iurè praesens signatur pramium futurum post ruinam persecutionem; quia cum caelum susceperit, ibi apparebit gloria, quae in mundo laet. Ideo David tot persecutionibus vexatus, tot laboribus attritus, licet suaviter gustaverit tribulationem in anima; *Satiabor* (ait) *cum apparuerit gloria*. Perperendis verbi pro-

Adhuc in vita micat, quae futura beatitudo.

Præsentis gloriae quae futura.

D. Th.

August.

Ambr.

In caelo apparet, quae in mundo laet.

Psalm. 16. 16.

Matth. ubi sup.

Est in mundo laet, in caelo.

D. Th.

In mundo gloriae inchoatio, in caelo completio.

Psalm. 110.

prietatem in gloria continuationem: *Cum apparuerit, non cum venerit*. Quod apparet, iam exiit: & de gloria profertur, *Cum apparuerit*; quippequam coruscabit in patria, eadem gloria, quae latebat in via.

Ergo claret textus praefati opportuna interpretatio, ubi iustos premit tyrannorum persecutio. *Beati estis* dicitur, pro *Beati eritis, cum persecuti vos fuerint*. Quomodo erunt beati, si modo in saeculo sunt? Quia sunt, quod erunt: igitur apparebit in gaudio gloriae, gloria quae latens occludebatur in pectore. Minima apparet nota contradictionis in Ambrosii & Augustini variis sententiis. Praemia persecutionum ad futuram vitam pertinent, & etiam ad praesentem miserimam vitam attingunt: quoniam futura gloria, quamvis laet, lucei vel in misera vita.

14 Diversimodè conditionem huius felicitatis astrunt Interpretes. D. Thom. ubi sup. & in *Matth. cap. 5.* asserit: *Ea quae ponuntur tanquam pramia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam: vel aliqua inchoatio beatitudinis, & sic pramia pertinent ad praesentem vitam*. Quo iurè videbitur inchoatio beatitudinis in valle lachrymarum, & dolore acerbo persecutionum? *Propter spem*. Inquit ibid. art. 1. Ubi spes, timor est, & minimè bonum; quia non rectè & vere bonum, bonum futurum: & adhuc in laboribus huius arduosae temporalis vitæ, proponitur gloria, atque pramium aeternæ; quoniam in spe beatitudinis, expectatione perpetuae felicitatis, quis dolens gaudet homo in ipsa persecutione, invenitur possessio boni futuri.

15 Ad Dominum David cum tribularetur, clamavit, & Dominus clamorem misericors exaudivit. Invocatus affuit prestò, ne cor afflictum absorberet tribulatio; igitur secundum multitudinem tribulationum, consolationes lætificaverunt animum, & dilatarunt cor pressum. Causam solaminis gratius profert, & ita ingeniosè canit: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me*. In spe gloriae constituitur, igitur per poenam pervenitur ad gloriam: verum necit in spe singulare quid, ut singulariter constituitur in spe. Spes est de bono non habito à sperante, quod astringit David anxius in ipsa tribulatione: quae igitur erit singularitas spei in urgente tormento, bono non habito? Ipsa boni sperati dulcis possessio, quin implicent quae videntur opposita, uti diversæ conditionis signa. Spes huiusmodi est de beatitudine, oriunda quippe ab

ipsa persecutione. Communis spes excludit possessionem: singularis admittit futuram post transitum beatitudinem. Communis concipit felicitatem inchoandam, singulares non inchoandam, sed compleendam. Communis respicit bonum non habitum, sed habendum; singularis habendum, & habitum: & dum Pfalteris regius patitur iniuste tribulationem, in spem elevatur singularem; quoniam in solamen persecutionis, quam sustinet, gloriam habet, quam habebit.

16 Deinde. Spes semper respicit bonum, tribulatio verò supponit malum. Propter huiusmodi malum, speratur ab anima futurum bonum: & spes praedicatur singularis vel in articulo mortificantis passionis; quippequam in spe singulare bonum, ut sit praesens, quod futurum. In tribulatione positus nullam consolationem David habebat præter spem, quae futurum bonum respicit, & animam aggravat, quia futurum: verum cum futura ex tribulatione gloria subit in praesenti angustia; singulariter in spe persecutus constituitur, siquidem gloria, quae speratur, possidetur. Hinc pro muneri commendatione, dixit Dominus: *In tribulatione dilatasti mihi*. Tribulatio cor non extendit, sed pondere comprimit: non explicat, sed coarctat: & David pressus non comprimitur, imò tribulatione dilatatur; igitur per spem in ipsa persecutione singularem, gloriae futuræ iam habebat in animo possessionem. Si gloria spes & portio in terra inventum; ius erat, quod spes & portio gloriae esset in terra mortalium. Spes, quippe gloria non completa: portio, quoniam inchoata: siquidem si gloria laet, dum poena premit, micat & habetur possessio beatitudinis in articulo angentis persecutionis.

17 O Domine (exclamat Augustinus in *Psalm. 93.*) *venale habeo regnum caelorum! Quo emitur: Dolor gaudium, labor requies, vilitas gloria, morte vita*. Perpende *Venale*, non secundum rationem emptionis perfectam, cum non sint condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam. Regnum caelorum intra nos est, si venale proponitur & exponitur. Quod emitur in ius transit emptoris, & in hac commutatione, summa cum felicitate: quandoquidem, ut N. Venerab. Beda *Serm. 18. de Sanct.* inquit: *Pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna*: unde permutato dolore, labore, vilitate, morte; obtineatur procul patriæ, gaudium, requies, gloria, vita. In hac vita glo-

Gloria habetur, & speratur.

Quomodo?

Ibid. 2. Persecutio praesens non comprimit, sed coarctat.

August.

Regnum caelorum exponitur extinguitur venale.

Beda.

16.

ria? Si emittit pretio persecutionem, absidio qua futura, manet nobilium.

18 Ingeniose, nervosque Paulus: Non sunt (ait) condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis. Exultemus cruciatibus, gaudeamus persecutionibus, gratulemur nobis de tormentis, atque gloriemur in infirmitatibus nostris: igitur in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus; quasi morientes sumus, & ecce vivimus: ut castigari, & non mortificari: quasi tristes, semper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodo igitur vera tot contraria? Quia revelabitur in nobis futura gloria: Utique. Manifesta fiet gloria, que nunc occulta: inquit Caietanus hic. In nodum incidimus. Si revelanda gloria, iam non est gloria futura; quoniam in revelatione, rei revelanda presupponitur esse, & in huiusmodi articulo non gloria, sed futura revelatio. Qua ergo lege esse iam habet in mundo aeternum gaudium, quod promittitur in caelo? Obtinetur etiam hic magna praemia beatitudinis per passiones huius temporis. Leve tribulationis momentum aeternum gloria pondus hic operatur: & de gloria futura dixit Paulus: Revelabitur quoniam persecutionibus, quae futura, iam habetur. Revelatione fit palam, quod fugit vel visum, vel cognitionem: & aluit Paulus revelandam beatitudinem; quippe gloria, quae adhuc in tenebris tribulationis nixet, minimè revelaretur, ni lateret. Non est gloria tota & completiva, sed est gloria. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte propheta-mus. Cognoscimus, quia latet; propheta-mus, quia apparebit. Cognoscimus quoniam iam habetur: & propheta-mus, quippe revelabitur: igitur haud alia videtur per persecutionem in mundo, quam quae per gaudium possidebitur in caelo.

19 Ipsemet Doctor Gentium ibidem aluit: Intende: Revelabitur in nobis. Non ait: Gloria nobis revelabitur, tamquam possessio aeterna beatitudinis; sed dumtaxat Revelabitur in nobis. Propriissime quidem. Gloria felices facit. Si diceret Nobis, indicaret, tunc per gloriam revelatam incipere esse felices. In Nobis, per gloriam latentem, in ipsa persecutione iam habuisse beatitudinem. Nobis, tunc concedi: In nobis, tunc habitam revelari: & iure dicit, In nobis; siquidem gloria, revelanda in fine passionum, & consummatione temporum, non alia, quam quae latebat in corde persecutorum. Hinc Beati dicuntur, qui persecutionem pa-

tiuntur propter iustitiam. Cui muneri, tamquam insigni praemio; Monachos S. Benedictus Regul. Sancti. cap. 4. Instrum. 33. iubet studiose incumbere. Persecutiones (ait) pro iustitia suscipere. Quare ergo dicuntur beati in medio cruciaminum: Quoniam ipsorum est regnum caelorum. Alijs erit, istis est; igitur iam ab illis gloria habetur, quae revelatur in illis. Non alia mihi videtur causa, cur Christus caput Martyrum post gloriam, vulnerum retinuit signa. Allicere discipulos conabatur ad gaudia: & relinquit vulneribus in corpore glorioso signa passionis; quoniam vulnera sunt signa revelandae beatitudinis. Sustinuit crucem propositi sibi gaudio. Gloriam gignit persecutio, & latet illa, ubi patet pena. Mundus luget, caelum gaudet, & ridet ex eo quod fiet. Succinit vel Echnicus lib. 4. de Astronom. cap. 1. v. 114. Sic hominum menti tanto fit gloria maior, Quod caelo gaudente venit.

DIDASCALIA IV.

S. Benedictus gratia benedictus & nomine.

1 Ta Patrem plaudit filius Papa Gregorius Magn. lib. 2. Dialog. in Praefat. Possumus quoque concinere, quod de Abrahæ magnifico nomine Marius Victor lib. 3. Genes. v. 338.

Tunc sacra dicabo, Qua manent Benedicti tibi, nomenque per omnes Magnificum reddam populo.

An quia sicut Abrahæ, ita gloria Benedicti: Proficitur Serm. 3. Iacobus de Voragine. Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque Benedictus. Omnia prospera, & aqua. Faciam te in gentem magnam: quandoquidem, ut ait Card. Iacobus de Viriaco Histor. Occident. c. 20. Nulla alia Religio tot Sanctos viros habuit, nec tanto tempore in sanctitate & rigore disciplina permansit, multoque ex se prelatos in universo mundo genuit, qui praeminentis conversationis exemplo, & sanctae predicationis verbo multas animas abstulerunt diabolo, & varias illustraverunt regiones. Retulit etiam Baronius ad Ann. 476. & ad 529. Quot (ait) ex Benedicto diversorum ordinum sint progressa agmina Monachorum, qui licet diverso nomine in Ecclesia Dei, circummamilla varietate,

Matth. 5. 10. S. Ben.

Vulnera beatitudinis signa.

Manil.

Gregori. Mago.

M. Vict.

Umbra benedictionum S. Bened. in Abrah. Gen. 12. 2. Cardin. Viriati.

Nulla re ligio clario.

Baron.

Respa pal luit.

cen.

veniantur; instituti tamen S. Benedicti, & ab ipso progressi gloriantur: Ius est dicere de Religione, quod de Dea Syria, vel Helena: Pro omnibus una. Si licuit Manilio lib. 4. v. ult. dicere: Augusto crescit sub principe caelum. Quid huc regula Benedicti? Multiplicatur semen eius sicut stella caeli. Canit Bertharius in eius Vita.

Nascitur caeco Benedictus orbi, Mox salutaris, referens, fugatis Nubibus, lucem per aperta caeli Astra sereni, Qualis est Titam, ubi post dierum Plurium nimbos radiosus ore Prodit illustri: mare, terra, caelum Ridet & ether.

2 Benedicam tibi. Claret tot virtutibus, tot insignibus. Vita institutor religiosissimus (plauditur a Zacharia Pap.) gratia Dei ornatus, cordis munditia clarus, corporis castitate decorus, Lucifer, sive stella matutina, venerandus pater, studiosissimus Dei famulus, philobebus, gloria osor, verus Dei servus, Desifer, passionibus vacuus, ad altitudinem angelicae gloria sublevatus, pater magnus, signifer, & pater benedictionis. Bonifacius IV. in cap. Sunt nonnulli, extollit Monachorum praepotorem almsicum. A Stephan. III. ita praconizatur: Ave Christi discipule, ave veri sponsi amico, ave praedicator veritatis, & doctor gentium, ave legislator universalis, ave Abba Abbatum, ave Archimandrita Oecumene, ave columna Orthodoxia. A Petro Damiano Opuse. 13. cap. 6. Organum Spiritus Sancti. a Cardin. Goffrido: Templum Spiritus Sancti gratia repletum, pastor, medicus, & magister Monachorum. A Baronio ad Ann. 523. Magnus Catholi orbis splendor, sanctissimus Monachorum Patriarcha, & Christi athleta. Ab Odone: Princeps Dei spiritualitatis disciplina magister, & excellentissimus legislator. A Bernardot Dux, magister, legislator. A Vener. Beda Serm. de S. Scholastic. Doctor doctorum dulcissimus. A Paulo Diacono. Fulgida lux saeli, astrum mundi, stas parvulorum, psalmicum novum, celestis traminis indec. Quo vehar? A S. Brunone effertur In portentum orbis natus. Ecce plusquam Salomon hic. Quid plura? Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

3 Magnificabo nomen tuum. Tantum nomen virtutibus summis aequavit, & mensuram nominis solus implevit. Aptius quam Martialis lib. 9. Epigram. 12. & 14. dicam: Nomen cum rosis violisque natum,

Manil. Caelum replet stellis. Berthar. Nascitur caeco Benedictus orbi, Mox salutaris, referens, fugatis Nubibus, lucem per aperta caeli Astra sereni, Qualis est Titam, ubi post dierum Plurium nimbos radiosus ore Prodit illustri: mare, terra, caelum Ridet & ether.

Zachar. Bonif. Steph. Varia S. Benedicti a varijs encinia.

P. Dam. Baron. Odo. Bernard. V. Bed. P. Diac. Bruu.

Umbra benedictionum S. Bened. in Abrah. Gen. 12. 2. Cardin. Viriati.

Nulla re ligio clario.

Baron.

Respa pal luit.

Nomen necesse dulcius beato, Nomen nobile, molle, delicatum, Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi. Quo deceat in sola Caesaris esse domo. Si Felix idem, ut vidimus in Exposit. liter. num. 9. & 27. quod Benedictus; non abfrecanam cum S. Paulin. Natal. 1. v. 1. & Nat. 2. v. 1. Incolyte Confessor meritis & nomine Felix. Felix hoc merito, quod nomine: nomine & idem Qui merito. Et Damalus in Elogijs Sancti. v. 93. Corpore, mente, animo pariterque nomine Felix.

Nomen è caelo datum. Videant inquit Odo Cluniacens. Serm. de S. Patriarch. & gaudeant, quam propriè vocetur Benedictus, quem adeo Deus benedixit in omni benedictione. Pateat enim quod eiusdem Patris dilectoribus adeo placet tali vocabulo censeri, quod solet maxime post divinum nomen in ore Christiano versari. Nomen Abraham celeberrimum, quia Deus (ut notavimus in Exposit. liter. num. 15.) literam nominis proprii fecit commacem, & Abram, ut Abraham fieret, litera fecit confortem. Amplius in Benedicto, quia totum. Plena luget magni nominis umbra. Benedictus nominatur Deus interdum in Sacra Pagina. Marc. 14. 61. Magnificus sanè (canit Aimonius in Vit. S. Patr.) Quem Deus aeterna faciens de sede potentem, Haeredem proprii nominis esse dedit: Nam fuit, est, & erit Benedictus iure vocatus. Tres huiusmodi benedictionis partes illustri epigrammate descripsit Corvinius canens: Quam sanctus fuerit Benedictus; vita probavit: Quam doctor erat, Regula scripta docet. Quos tulerit fructus, Ecclesia tota faturus, Quamque vides hominum religiosa colos. Sanctus sancta facit, Doctor docet, ut Pater orbem Replet, virtutes tot Benedictus habet.

4 Sequitur ergo pro benedictionis plenitudine: Erisque Benedictus. Si nomen magnificandum, inproprium videbitur verbum essentiae, seu substantivum. Dicitur igitur, Vocaberis, sed Eris? Haud nomen magnum, si tantum patet magnitudinis signum. Benedictio gratia, Benedictus gratiosus dicitur: & non dicitur Vocaberis, sed Eris; in commendationem excellentioris virtutis: siquidem minimè obinebit magnitudinem, qui dumtaxat virtutis habuerit nomen. De umbra in veritatem fit libentissime transitus; quo clareat, unde clareat

Manil. Caelum replet stellis. Berthar. Nascitur caeco Benedictus orbi, Mox salutaris, referens, fugatis Nubibus, lucem per aperta caeli Astra sereni, Qualis est Titam, ubi post dierum Plurium nimbos radiosus ore Prodit illustri: mare, terra, caelum Ridet & ether.

Zachar. Bonif. Steph. Varia S. Benedicti a varijs encinia.

P. Dam. Baron. Odo. Bernard. V. Bed. P. Diac. Bruu.

Umbra benedictionum S. Bened. in Abrah. Gen. 12. 2. Cardin. Viriati.

Nulla re ligio clario.

Baron.

Respa pal luit.

Marc.

Paulin.

Habes cum Deo connum.

Aimon.

Corvini.

Gen. 12. 2.

Non nomen magnum, si dumtaxat magnitudinis signum.

Be.

S. Benedi-
dictus
prius ba-
buit gra-
tiam,
quam no-
men.
Ubi sup

Benedictus: igitur solummodo gaudet nomi-
nis nobilitate, qui plauditur gratia Be-
nedictus & nomine. Haud callum arbiter,
Benedicam tibi, erisque Benedictus. Ad
quid Benedictum vocavit, si benedictum sua
efficacitate benedictione supponit? Benedictus
nomen est: Benedictio gratia: & nomen de-
signatur consilio signata forma; quoniam
habuit Benedictus gratiam insignem, ante-
quam haberet nomen.

Santi-
catu in
utero ma-
tris.
Bucel.

5 Astruit Gabriel Bucelinus in Mono-
log. SS. O. N. die 21. Martij, cap. 1. Euna
(infit) praevenit in utero Numinis gratia,
sicut Baptisam saltus, sic hunc cantus pro-
didit. Psallere in utero auditum; ut faci-
le parentes in Benedicti nomen consentirent.
Miraris? Iur. Privilegium est: sed quadrat
Textus ad unguem: Benedicam tibi, erisque
Benedictus. Es, quod eris. Labis originariae
levamen altruit Benedicti nomen. Es Be-
nedictus, & Benedictus eris. Es Benedictus,
& Benedictus vocaberis. Iam gratia micat.
Erit nomiae, quod erat: quippequam iam
erat sanctificatus, antequam vocaretur Be-
nedictus. Benedictus, uti vidimas in Exposit.
lit. num. 9. idem est, ac gratus Deo per san-
ctificantem gratiam, seu liberatricem for-
mam: & Benedictus meditante vocatur
post collatam a Domino benedictionem in-
signem; quoniam nactus est feliciter gratiam
sanctificantem, antequam habuisset nomen.

Ubi de
Dre gra-
tia.

Gregor
Magn.

6 Nescio, an quis hucufque acumen
auctoritatis Magni Gregorij perpenderit.
De N. enim Patriarcha ait ubi supr. Fuit
gratia Benedictus & nomine. Cur non di-
xit: Nomine Benedictus & gratia, ut cla-
ro nomine virtutis magis praeserteret insi-
gne, quasi oraculum futurae sanctitatis, &
testem perfectionis? Alie cogitat, dum
charitativa Benedictio concessa narrat. Si
prius describeretur nomen, quam gratia;
extinguit Benedicti evanesceret gloria; quae
quidem rutilat singularitate fulgoris, eoque
quod sanctificatus fuerit in utero matris: in-
reque, ac meditante nomini praepositam gra-
tiam, ut iustificantem formam; quippe gra-
tiam obtinuit, antequam inter natos no-
men haberet. Clareat acumen. In Bapti-
sinate gratia renatis conceditur, & nomen
Imponitur: verum prius nomen inditur,
quam gratia iustificans per Baptisina con-
feratur: & Gregorius ut huiusmodi designa-
ret privilegium; flexit proposito stylium, vo-
cans Gratia Bedictum & nomine: quan-
doquidem privilegio singulari gaudebat
gratia, antequam propter nomen perveni-
ret ad Baptisina. Consonat, quod de Abra-
hamo, ut benedictus esset, Victor ingenio-

Quid si-
gnat Be-
nedictus
gratia &
nomine

de decantavit, lib. 3. Giosf. vers. 327.
Vir dignus calo: nam primo a limine vite
Verum mentem Deum venerans...
Dominus famulum dignatus adire.

Mar.
Vic.

Eam quaesivit Dominus, qui vocandus Be-
nedictus gratia & nomine; quoniam Domi-
num agnovit a primo limine vitae: & mini-
me magnitudinem tunc agnosceret Condi-
toris, ni sanctificatus fuisset in utero gen-
tricis.

7 Ostenditur amplior via in confirma-
tionem singularis gratiae, & commendatio-
nem Benedicti: igitur patet origo laudum,
quae N. Patriarchae maius formatur encom-
miorum. Apat Ecclesia illud Ecclesiastici: In
plenitudine sancta admirabitur (Tigurin).
In sancta multitudo miraculo erit. &
in multitudo electorum habebit laudem,
& inter benedictos benedictur. Si electus
est, & electus laudabilis; si est benedictus,
& benedictus donum supponit benedictio-
nis; quid mirum, & quid novum, quod
gaudeat laude, & simul benedictione? Quod
novum, sane mirum: igitur singulariter ele-
ctus, novo ordine benedictus. Benedicti (ut
vidimas) dicuntur homines Deo grati &
accepti, illorum animas forma sanctifican-
te, benedictur dum huiusmodi formam
in baptismate recipiunt, facti gratia Dei fi-
lij, qui natura erant filij peccae, filij gehem-
nae; & Patriarcha N. ut adquiret plaudatur,
inter benedictos benedictur; siquidem for-
mam sanctificationis habuit, antequam ad
baptismum perveniret.

Ecclesi-
2.4.4.

Cur in-
ter bene-
dictos bea-
nedictus

Miracu-
lum est
spectabile,
simul
gratia,

8 Ideo praeponeitur: In sancta multi-
tudo miraculo erit. Deficit a miraculo
communis ordo. Haud signatur novitas in
multitudine, sed in multitudine sancta, gra-
tia Deo, per formam, quae accipitur in ba-
ptismo. Unde ut patet miraculum specia-
lissimum gratiae; plauditur uti benedictus
in iustificata multitudine: quandoquidem
omnino miraculosum, atque admiratione
dignum; quod praeter ordinem iustificandi
commenem, nancisceretur infans iustifica-
tionem. Alij, imo ceteri in baptismate iusti-
ficantur: Benedictus in ordine ad baptis-
mum, quoniam nequit esse renatus, qui
non natus. Mirabile cunctis est, quod licet
in ordine, praeter ordinem fit: & N. Patriar-
cha in sancta multitudine patet miraculo,
quoniam obtinuit in genitricis utero, quam
ceteri gratiam consequuntur sacramento.
In gratia iustificante nulla micat differentia;
sed in gratia collatione lucet summa. No-
men dedit Deo, antequam haberet nomen: &
numeratur inter sanctos iure mirabilis, ha-
beas antequam haberet usum baptismatis:

Fuit sum-
ma gra-
tia in col-
latione
gratia.

Psal. 10
4.

Quia
gratia
praeven-
turi.

Ecclesi-
2.4.4.

Cur in-
ter bene-
dictos bea-
nedictus

Bene-
dicitur.

Cur eius
non dicitur
gratia pri-
ma, sed
prima-
vae?

Cur no-
vae?

tis: igitur accepit gratiae benedictionem,
priusquam prodiret in lucem.

9 Liqueat, cur mirabilis, vel miracu-
lum, cui benedictus inter benedictos: ergo
delicandum, cur habeat laudem citam in
multitudine electorum? Praevenisti eum in
benedictionibus dulcedinis, dicitur a Davide:
quod quidem apator Benedicto a Guarri-
co Serm. 2. Benedictio dulcedinis gratia est,
iuxta Bernardi Serm. 60. in Cant. Ibi praev-
entus, ubi conceptus: inquit Genebrard. hic.
Modo ad rem. Ad alios gratia venit, alios
praevent: ergo mirabilis Benedictus, gratia
praeventus. Venit gratia, uti regenerans,
post ortum: praevent, si praecesserit partom:
& Benedictus inter electos obtinuit laudem,
quoniam iustificationem ante nativitatem.
Venit gratia; dum oculis mortalium palam
humana natura: praevent, ubi oculos, & co-
gitationem fugit, quem praevent; quippe
nequit nominari, qui nequit noceri: & Pater
Sanctus, vix dum esset, praestat obiectum
laudis; quippe praeventus gratia in utero
genitricis. Denique gratia venit, dum ani-
ma in baptismate liberatur a culpa: praev-
nit, si antecesserit baptismata. Electi iure di-
cuntur, qui gratia sanctificantur: & inter tot
iustorum commendationem Sanctissimus
Patriarcha habet singularem laudem; igitur
non esset laus specialis in tanta multitudine
electorum, ni in ordine iustificationis ha-
buisset Benedictus singulare privilegium.

10 Succinit S. Bertharius in Vir. S. Patr.
dicens:
Essam ergo fugiens probavit
Signa primavae nova sanctitatis.
Unde illud Ergo? Quid miraculo probavit?
Signa nova sanctitatis primavae? Primavae
gratia dicitur, & non prima. Meditante.
Primavum est, quasi quod cum esse simul: &
conferat merito uti singulare miraculum,
quod vix habens esse, iam floreret sanctita-
te. Primava: sed cur non prima? Prima
conferat natis, primava tantum conce-
pris: & Benedicti dicitur primavae sanctitas;
quoniam iustificationem subsecuta fuit nativitas.
Gratia prima ad regenerationem nec-
cessaria, non est nova, quia communis; igitur
conceditur cunctis renatis. Novum di-
gnoscitur, quod non plus, quam aliquando
videtur: & Benedicti gratia apte dicitur nova;
& etenim insigne portentum, quod sancti-
tatem habuisset ante baptismum.

11 Ergo perpendamus acumen aucto-
ritatis: Signa primavae sanctitatis nova.
Primum miraculum notum nobis, quod
fecit urbem fugiens, ut altruit Gregorius ubi
sup. c. 1. dicens: Quatenus praesentes & secu-
Tom. II. Taut.

turi omnes agnoscerent, a quanta Benedictus
puer conversationis gratia & perfictione
cepisset. Huiusmodi portentum est sancti-
tatis signum? utique, sed unde novum, si
supponitur primum? Fuit primum, & non
fuit primum. Primum nescientibus Benedi-
cti in utero matris musicam, non primum,
mirantibus in illo primavam gratiam: unde
huiusmodi post ortum magnum prodigi-
um, signum vocatur sanctitatis novum;
quoniam prius in utero genitricis dederat
signum primae sanctitatis: siquidem facile
habuit iustificationem, & ante nativitatem.
Novum hic ut patet, idem sonat ac secun-
dum. Non fuit primum postquam effusus
in usum lucis: ergo intra viscera matris;
quandoquidem ubi gratiam accepit bene-
dictionis, augendam postquam natus forma
baptismatis.

Greg.
Magn.

Ante
baptis-
ma pra-
dicitur
gratia.

12 Fons Acidalius illustris in Bractia
Veneri facer Gratijs & Musis: quapropter
Venus (pulchritudo apud Antiquos, seu
gratia) Acidalia plauditur a Virgil. lib. 1.
Aeneid. v. 724.

Acida-
lias fons.

Memor ille
Matris Acidaliae.

Virgil.

Vide Suidam, & Servium hic. Haud extra
propositum, quod facer Gratijs & Musis:
siquidem Benedictus vel in claustru mater-
no, ordine mitro proropit in musicam, quia
habeat gratiam. Ad hoc Didasc. seq. Acida-
lius vocabatur eiusmodi fons a Grecis;
quia in eius aqua lavabantur Gratiae, Gratia
quae purissima abluatur? Quid in Benedicti
baptismate contigerit, adumbratur. Alij
in fonte renati lavantur a primo crimine: in
baptismo Benedicti lavantur gratiae; quippe
illi iam sanctificato augmentum, quod
alijs gratiae principium. Natus est Benedi-
ctus in portentum orbis: altruit Brunus ubi
supra num. 2. & iure portentum; quod gra-
tiae nancisceretur nitorem, ubi gartiarum
alijs consequuntur originem. In portento
effectus communis videtur, sed communis
causa omnino nescitur: demonstratur igitur
ut portentum, novum in puero sanctifica-
tionis signum: etenim obtinet gratia. Num-
inis in utero, quod alijs mirifice conce-
ditur sacramento. Fons illi baptismi per
proprie Acidalis est, quippe aquam salien-
tem in vitam aeternam prius primus dederat
fons; ut in ipso vitae limine, cum coruscaret
mirabilis, pateret portentum orbis: igitur a
primo fonte iam habeat sanctitatem, prius-
quam baptismi perveniret in fontem. Gra-
tiae ut decorentur, in Acidalia lavantur. Non
abluatur gratia, ut appareat, sed ut fulgeat.
Non nascitur, sed augetur: & ut portentum

Acida-
lias fons.

Virgil.

Cur Be-
nedictus
eccit in
utero
matris

Bruni;

Quae
plauditur
portentum
orbis

De.

Ab utero genitricis altiora cogita vit.

Benedictus laudatur ubi baptismate abluir; quia prorsum singulare, quod fulgeret nova gratia, ubi alij fonte liberantur a culpa. Semper in altiora processit anima non solum ab uberibus nutritis, sed etiam ab utero matris. Ubi non est culpa, nitet gratia. Ubi gratia regnat, altiora cogitat: & qui sanctificatus intra viscera materna, deportatur ad baptismum, quo tamquam fonte Acidalio ablueretur Benedictus; ut qui iustus in utero matris erat, iustificaretur amplius.

Paulus antequam baptizaretur, habuit gratiam.

3 Inter miracula Dei maxima & nova numeratur Pauli conversio & ab Augustino, tum *Serm. 9.* & *10. de Verbis Apost.* cum tract. *27. in Ioann.* & a Bernard. *Serm. 1. in Convers.* Paul. Exponamus ergo in quo miraculum, & in quo summum. Errabat cæcus & obsecratus & furens; legem novam atque cultores contentens; sed circumfulgens lux de celo, ut aperiret oculos, obstruxit aditus. In terram lumine percussus cecidit, verum ut surgeret, & citò surgeret de culpa ad gratiam; quandoquidem tunc ductus in celum, visionem habuit beatificam, quam minime videretur, nisi gratia Domino. Ita placet pluribus (Augustin. & Hieronym. in *Psal. 67. v. 28. D. Thom. Lyre, Dionys. Carthusian. in Act. 9. 9. & in Epist. 2. Cor. 12. 2. Rupert. lib. 4. de Operib. Spir. Sanct.* cap. 19. raptum. Pauli in tertium celum contigitis triduo illo. Cui sententia astipulantur carmina Damasi in *Elogijs Sanctior. v. 6.* Post tenebras meruit verum cognoscere lumen Auribus aut Domini vocem, lucemque recepit. Mutatus postquam placuit de nomine Paulus, Mira filius verum subito trans eshera victus, Noscere promeruit, possint quid premia vita.

Et dignatus fuit visione beatifica.

Damas.

Ascendit carus martyr penetravit Christi, Tertia lux cæli tenuit paradisi euntem. Cecidit, & subito surrexit & ad gratiam & ad gloriam. Hoc est miraculum; sed prodigij summitas inerat, in eo quod surgeret Paulus, apertisque oculis nihil videbat: post- que visum recepit, & surgens baptizatus est. Penduntur mira in Paulo, ut astruantur, & clarescat, que in Benedicto.

Act. 9. 8. 18.

Gratia prepro- fera summa. August.

14 Nihil videt Paulus apertis oculis, sed iam surrexerat: hoc est, iam illi gratia inerat: iccirco dicitur, Surrexit Saulus, apertisque oculis. Nota: surgit, & oculos aperit. In vulva legis erat. In vulva: phrasis est Augustini *Serm. 20. de Sanct.* & effulgurat in miraculo summum, dum describitur singulare miraculum, quod gratiam sanctificantem haberet, antequam mundo

oculos aperiret. Surrexit; ceterum surre- quoniam surrexit, ubi nemo surgit. Surre- xit, & ibi surrexit, ubi utcumque anima iacet: ibi unde alij, sed non ubi. Surrexit: etiam Baptista. Proficitor, at inter natos mulierum non surrexit maior: igitur gratia obtinuit influxus, priusquam aperiret oculos.

Baptista gratia.

Matth. 11. 11.

15 Surgens baptizatus est. Si per baptismum gratia confertur, & gratia collata surrexit: ad quid Paulus denuò surgit? Ut rutillet amplius iustificatio Pauli, quasi in Acidalio fonte: quippequam gratia concessa ostendit nitorem, ubi alij atque alij speliebant crimen. Non novum in singularitate miraculi, quod singulares sese gerant ut ceteri. Baptista in utero sanctificatur, & post ortum circumciditur. Venerunt circumcidere puerum: ait Lucas. Paulus surrexit à culpa, collata gratia: & etiam surgit ad suscipiendum baptismum; ut adderet iustificatio gratia, splendorem Sacramenti. Per baptismum conceditur alijs gratia prima. Iam surrexerat Paulus primam gratia: & surgit denuò ad lavacrum, ut gratia innotesceret augmentum, & non principium: quandoquidem dignatus fuerat formam sanctificantem, priusquam accessisset fonti. Astruam iam privilegium Benedicti, & tanti suppedit alia causa privilegij.

Luc. 17. 59.

Amplior speciositas gratia, ac credente splendore sacramenti.

16 Demonstrat Bernardus *Serm. de S. Benedicto*. Ita igitur arcanè profert: Secundum magnitudinem gratia magnitudinis gloria exaltatur. Hic *Didasc. 11.* agemus de magnitudine gratia, modò verò de magnitudine gratia. Est gratia, est magnitudo gratia, & est plenitudo gratia. Gratia communis non est plena, imò nec magna: magnam plena continent, sed magna plenitudinem excludit. Communis conceditur nomen Christo dantibus, magna aliquibus, plena uni soli. Communis in batifmate, plena in conceptione, magna ante nativitatem. Communis in baptismate cunctis, quoniam tunc nascuntur formam iustificationis. Magna aliquibus ante nativitatem, quoniam lucem gratia experientur priusquam lucem. Plena in conceptione uni soli, quippe tantum data Virgini-Matre, ob cuius prærogativam, iure salutat Angelus gratia plenam: igitur nullum ei esse in natura, quin floreret plena gratia. Non esset plenum, si aliquando vacuum: & plenitudo gratia comitata fuit semper Virginis esse, quia gratia plena vel à primo instanti. Hæcine stabilitur gratia concessio, magnitudo, & plenitudo: & Pater meus Benedictus non plauditur gratia præditus; quippequam magis

Bernard.

Sua gratia magna, & gratia plena.

Luc. 1. 28.

Maria semper plena gratia.

Benedictus gratia matris.

Luc. 1. 13.

Ioannes Baptista hoc nomen fuit quod gratia.

Ubi fup. v. 15

Ioan. 1. 14.

Fuit gratia magna.

Cur virgo gratia plena, cum sit puracra pura?

Verf. 16

gis dignatus. Non plenitudine gratia; quoniam non habuit ab ipsa conceptus animatione: sed magnitudine gratia fit illustris & plausibilis; quia gratiam habuit adhuc in utero matris.

17 Nuncijs mittitur Gabriel Zachariae de suscipienda prole, cui nomen Ioannes imponendum, nobilissimum insignium. Vocabis (dicitur) nomen eius Ioannem. Ioannes gratiam sonat, & nomen imponitur puero, quod gratiam signat; ut sanctificatus intra viscera materna esset nominæ, quod gratia. Gratia futurus erat nobilior, siquidem inter natos ex muliere nullus maior. Quoties opus à nomine nobili deviat; dedecor, non illustrat: & ante sacramenti susceptionem. Si sacramentum institutum collationi gratia, & nomen grande operum grandium præferretur insigne; merito Ioannes (quod gratia) Baptista imponitur nomen, quoniam gratiam habuit ante sacramentum, & ante nativitatem.

18 Sanctificatur ergo Ioannes in utero. Sic, est, verum unde hoc Ergo: Fige in Nuncijs verba mentis aciem, & intueberis clarè sanctificationem. Erit enim magnus coram Domino, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. Si Spiritu Sancto repletus, erit gratia plenus: cur ergo non prædicatur plenus, sed demaxat gratia magnus? Verbum in carne plauditur plenum gratia: qua igitur causa vox Verbi, Ioannes repletus, tantummodo extollit magnitudinem? Plenitudo gratia dicitur: ubi in esse non est instantis temporis sine gratia cogitabile. Magnitudo, dom est aliquod momentum iustificatione vacuum, vel per aliqua tempora existit pueri anima procul sanctificationis formæ: & Christus Dominus unctus signatur plenitudine gratia, præcursoque solummodo magnitudine; quippequam Christus gratia ornatus à momento conceptionis, Ioannes verò post tempus animationis in utero genitricis. Ad obiectionem de Virgine & filio patet exitus. Conceditur gratia vel in primo instanti sic & sic. Maria dicitur gratia plena, quia vel tunc ornata gratia: & filius plenus etiam aliter, quia ornatus & gratia & gloria. Si vis, quod gauderet quoque gloria Mater- Virgo, non erit obiectio.

19 Plenus gratia Christus Assertor demonstratur et Evangelista: ita de plenitudine Tom. II. Taut.

eius omnes accepimus. Præ participibus unctus est Dominus. Alij accipiunt formam sanctificantem, alij cum forma gratia magnitudinem: & Prodromus Christi prædicatur gratia magnus, magnus etiam Benedictus: quoniam uterque nactus fuit gratiam sanctificationis, adhuc ex utero matris. Audite Virginem Deiparam apud S. Birgittam lib. 3. Revelat. cap. 20. Benedictus imitans illum, qui nondum natus exultando intra viscera materna, cognovit adventum suipissimi Redemptoris. Similia facinora exigunt similia præmia: hinc Benedictus confertur Ioanni Baptista magnitudine gratia; quia Deo gratus & iustus, & nondum natus.

20 De Nerone refert Dio ob præfagiam imperij nascentem sub auroram, radijs Solis illustratam, Suetonius cap. 6. Tamquam quod exorientem Sole, penè ut radijs priusquam terra contingeretur. Serviat vel invitè quod in blandimen Principis fictum, ut clarescat radijs Solis verum miraculum. Princeps Monachorum Benedictus gignitur, & in Principem nascitur. Si abisset lux Solis, antequam terram attingeret, uti ceteri in lucem cæcus procederet: & radijs lucis abluir, priusquam nascatur: quoniam in utero genitricis adeptus est radios iustitiae Solis, qui contulit in signum imperij, gratia splendorem, antequam videret lucem.

21 Patet in Baptista exemplum, cuius Benedictus fecutus est institutum. In genitricis ventre, fuit illustratus Solis iusticie splendore: igitur arripuit gratiam, antequam corpus contigisset terram. Ideo infans exultavit in utero. Commune est, prius infantes esse extra uteri carcerem, quam videre lucem: recipi à terra tamquam generali nutrice, quam illuminari à Sole: & exultat Ioannes in utero matris, adhuc vinctus viscerum involucris: quoniam priusquam publicam lucem, vidit Solem: verum hoc *Didasc. seq.* Carcer obscurus dicitur venter maternus: ibi infans lumine orbis, ubi chaos tetrum: & liquet mirum, quod in utero micans exultet, ubi alij in tenebris iacent.

22 Ecce Confessor magnus. Sic effulfit, quasi stella matutina in medio nebulae. Quomodo stella matutina, dicemus *Didasc. 5.* mod. 6. modo de articulo fulgoris, & conditione lucis. Huiusmodi elogium tribuitur ab Ecclesia Benedicto. Quomodo enim si quasi Sol fulsit orbi, commendabile erit encomium de stella matutina in medio nebulae? Nebulae stellæ obscurantur, & oculos

Benedictus fuit illustratus.

Birgite.

Nerone Suetonius.

Benedictus illustratus, priusquam natus.

Luc. 1. 41.

Baptista vidit Solem, antequam lucem.

Ecclesi. 50. 6.

nostros vel splendidiore fugiant: unde tamquam miraculum novum innovat, quod ubi alij obsecrantur, ille fulgeret. Ergo clarus. Nebula peccatum originale signat, quod omnem hominem venientem in hunc mundum illico maculat. Medium autem nebulae denotat generitricis ventrem, igitur noxa originaria contrahitur per traducem: & ut splendor designetur Benedicti, haud commendatur nitor radiantis stellae, nec matutinae, sed fulgor in medio nebulae: si quidem liber extitit à labe originariae luis, etiam in utero matris. Lux in tenebris lucet: ideo Benedictus in medio nebulae splendet: quandoquidem magnum nascisci nitorem gratiae, superioris lucis; dum alij culpa, tamquam in medio nebulae iacent in tenebris.

23. Hic Deus mystice fecit, quod die primo inter lucem & tenebras mirifice in orbe novo patravit. Tenebrae erant super abyssi faciem, & fecit lucem: sed in excellentiam bonitatis *divisit lucem à tenebris*. Ubi simul? In Abundantiae claustris materno, mirabili prole fecundo: igitur ibi animam Benedicti Dominus, lumine gratiae, divisit à tenebris originariae noxae. In utero matris habuit Benedictus lucem & tenebras. Per tenebras notatur culpa, per lucem vero gratia. Lux constituit diem, tenebrae noctem: & nox sicut dies illuminata fuit; quia gratia in nocte uteri generitricis sanctificata est. Sicut tenebrae eius, ita & lumen eius: siquidem exortum est in tenebris lumen, quoniam in carcere materno habuit sanctificationem. Aliter cogitabo. In primo die Dominus divisit lucem à tenebris, in ventre Abundantiae univit. Venit generitricis in Scriptura exprimitur nomine tenebrarum, sicut nomine lucis explicat ortum: Psalm. 138. 11. 12. 15. Frequenter designant tenebrae, quae facit infans, primae transgressionis tenebras: & Dominus in alvo Abundantiae, carcere Benedicti, lucem & tenebras iunxit; etenim in tenebrifico carcere natura, exortum est Benedictio lumen gratiae.

24. Iure dicere quibant gemelli canentes, Benedictus & soror eius Scholastica: *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae*. De tenebris lucem splendescere, id est, gratiam post tenebras culpae. Altruit Augustinus lib. 1. *Controv. advers. leg.* cap. 8. sed quid ly *Illuxit Deus ad illuminationem*? Alto acuminis, ut post tenebras noxae demonstraretur ante publicam lucem lumen gratiae: siquidem gratia Deus

in cordibus adhuc in ventre matris illuxit, ut post in Baptismate etiam illuminaret. Ceteri illuminantur baptismis, quo renascuntibus: confertur sanctificatio, iuxta illud Apostoli ad *Ephes. 5. 14. Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: sed his micis gemellis in cordibus illuxit ad illuminationem; quoniam ante baptismum contulit illis formam sanctificantem. Hinc additur: *Illuxit ad illuminationem scientiae*. Quoniam scientia in pupis? Scientiam habent vocis: igitur eorum resonavit in generitricis ventre canora musica, illic quam Spiritus Sanctus gratia implevit eorum corda. Ceterum hoc seq. Didascalia.

DIDASCALIA V.

S. Benedictus psalmicen novus.

1. Huiusmodi encomio plauditor Pater Sanctus à Paulo Diacono, Carm. de *S. Benedicto*. At unde novus, & unde psalmicen? Apud Priscos mos fuit puerum in terra collocare, sed antequam vocem vel stertu possit exprimere: *Apud quos* (inquit Ioannes Schildius in cap. 6. *Augusti Sueton. Tranq.*) *infantes partu editi non prius vocem edebant, quam attingissent terram*. Ergo Patriarcha Monachorum Benedictus vocatur merito psalmicen novus: psalmicen, quoniam erupit in psalmos, dum alij in stertu: novus, quippe vocem dulcissimam edidit, antequam terram attingeret. Psallebat plena genitrix, & quae plena etiam psallebant.

Matrisque sequuntur Currum lascivo sidera fulva choro. Dicam aptius, quam Tibullus lib. 2. *Eleg. 1.* Mater siderum nox dicitur; & mirum plauditur, quod in nocte & tenebris mater ni uteri, canentem filij (sidera fulva) choro mirabili sequerentur matrem.

2. Benedictio Abraham delicanda. Illi dicitur à Domino: *Benedicam tibi, erisque benedictus*. Duplex hic proponitur benedictio; sed quibus meritis duplex? Vocavit Deus: & illico subditur, *Egressus est itaque Abram, sicut praeceperat ei Dominus*. Quid mirum, quod duplex felicitas exponatur, ubi duplex amoris demonstratio interfertur? Unde Abraham benedicitur, quia executus est praeceptum; & benedicitur, quia in praecepto fecutus est etiam modum. Benedictur, quippe egreditur, & benedicitur denuò, quia egressus, uti praecepit. Ut constet plenè plausus, loquitur Abraham Dominus:

Illuminatus fuit ut illuminaretur. Ille & Soror in utero matris scientiam habuerunt vocis.

Paul. Diac.

Recentior nati ante illam vocem credebatur telluris. Ioann. Sch. Benedictus musicus novus.

Tibull.

Gen. 11. 2.

Verf. 4.

Recentior nati ante illam vocem credebatur telluris. Ioann. Sch. Benedictus musicus novus.

minus: *Benedicam tibi, erisque benedictus*. *Benedicam*, quia vocavi: *Erisque benedictus*, quoniam statim respondisti vocationi. Haud alio nomine, quam Benedicti, praemium exprimitur perfectioni. Ubi & quando sit vocatio, obedientiae rutilat perfectionis plenitudo: & benedictur Patriarcha N. cumulo felicitatis; quoniam vocatus à Deo in utero generitricis: & etiam denuò geminatur benedictio, ut clarescat vel ab utero pueri perfectio: siquidem ubi & quando vocatus, ibi respondit vocationi Benedictus.

3. Deinde. Duplex Abraham felicitas patet in duplici genere benedictionis; quod quidem diligenter observandum, ut ritè Patriarchae Benedicti profequamur argumentum. In Abraham benedictioe universae gentes, & gentium cognationes: verum diversimodè conferuntur duplici benedictione. Primò semen eius signat benedictio: *Pulverem terra*: Secundò *Stellas caeli*. Quod Abraham geminata benedictione promittitur; in utero Abundantiae, generitricis Benedicti & Scholasticae, stupentes mirantur. Male coeunt stellarum splendores, & parva momenta pulveris: sed ut miretur, quae huiusque natura nascitur; pulverem & splendorem materna viscera continent: quandoquidem filij vix concreti ex carnis pulvere, fulgent ut sidera caeli.

4. At in quo fulgent? Sideribus & caelorum motibus instans esse musicam, placuit Platonis lib. 1. de *Legib.* Aristot. lib. 8. *Physic.* Cicero in *Somno Scipion.* Plin. lib. 2. cap. 3. & 22. Tertulian. de *Pallio* cap. 2. Ambros. *Praefat.* in Psalm. Sev. Boetio lib. 1. de *Musica* cap. 2. Anselm. lib. 1. de *Imag. Mund.* ac Philoni libell. de *Sonis*: vide *Didasc.* 12. num. 8. Musica inest astris & superioris motibus orbis. Unde Benedictus & Scholastica plaudantur merito fulgentia sidera; quippe vix in matris alvo habuerunt formam, dum eruperunt in caelestem musicam. *Benedictum in alvo matris sancta praecinere auditum*: ait Bonifacius Simonetta lib. 4. *Persic. Christian.* Epist. 20. Gabriel Buccelin. uti vidimus *Didasc. praen.* num. 5. *Psallere in utero auditum*. Confirmat Bertharius in *Vit. S. Benedicti*. Haecenus *Prologum*. 14. in vit. S. Patriarch. Arnold. Ubio, Tom. 2. *hign. vita*, & etiam exteri videndi apud Haeren. ubi supr. Canebat mater Abundantia, Deo referens grates pro pignore prolis: & curam laudum sequuntur adhuc in utero, fulva sidera choro; ut in ipsa vocum modulatione rutilarent uti stella.

Respon- dit benedictus sine voce ubi vocatus.

Gen. 11. 16. & cap. 22. 17.

Musica astrorum.

Benedictus in ventre matris psallit. Simon. Buccelin

5. Ubi eras, cum me laudarent astra matutina, & tubilarent omnes filij Dei? Dominus ita alloquitur Iobum. Altruit Pineda hic, huiusmodi plantum fuisse canticis expressum. Verum cur magni habitam vocem laudis non à vespertinis, sed domraxat à matutinis stellis? Ingeniose responderet Sanctius num. 22. *Vocari possunt astra matutina, quia mane, id est, in principio lucis & creationis: vel quia simul atque esse ceperunt, quo potuerunt modo, divinam sapientiam celebrantur*. Laus non ex laude commendatur, sed ex tempore: & plausus stellarum aestimatur sublime praconium; quia in ipsis idem fuit esse, & gratias Conditorei canticis agere. Post vesperam laudant, atque laudant nomen Domini cunctae aures linguae firmamenti: musica polleat, quae in firmamento fulgent: & magis placuit auribus matutarum stellarum sonus suavis modulaminis; quoniam à principio lucis & creationis. In matutinis incepto conditio illarum, quae prius erat esse, quam operari: & plauduntur, quae plaudunt matutino tempore; quaequeam concinunt in Conditorei laudem, illic ut acceperunt conditionem: igitur illarum oppidoquam audita est modulatio, Deum celebrantium quo potuerunt modo.

6. *Quasi stella matutina in medio nebulae*, fuit Benedictus Pater. In utero matris Conditorem plaudit canticis, & celebrat hymnis: semper in eius ore Dei laus; sed cum musica infantis nihil plus: & extollitur ut matutina stella, dum in utero auditur eius musica; siquidem suavior & dulcior vox concepti modulaminis, quod fit à principio lucis. *Matutina*, mane exprimit conditionis principium, vespere lucis occasum: & celebrantur Benedicti cantica, uti aestimantur in stella matutina; igitur consonantia musicae delectabilior ex tempore: & resonat dulcissimè modulatio, quia resonat in principio. *Stella matutina*. Summis cantus non stat in canticis, sed in modo Stella tacet, & loquitur cum splendet: unde plauditur musica Benedicti, quasi musica stellae; vel quia loquitur luce, vel quia canit sine voce. Singularis est modus, & etiam tempus. *Stella matutina* dicitur, quae quidem fulget, & canit ante ortum Solis: *Quia mane apparat, ante, videlicet, quam orietur Sol*: subdit ubi supr. Sanctius. Et musica Benedicti in choro uteri materni, confertur musica non stellae, sed stellae matutinae; igitur habuit lucis canentis nitorem, & ante lucem.

7. *Quasi stella matutina fulget*, sed ad-

Iob. 8. 7.

Pined.

Astra matutina quae Sanct.

Grates post faciem benesit.

Magne, magis a operari vel in ip sa existentie receptione.

Eclis. 6.

S. Benedicti dulcior modulatio, quia à principio

Sanct.

Ubi sup ditur

ditur etiam fulgor stellæ matutinæ in medio nebula. Magnus sanè nitor radiorum vincens obscuritatem tenebrarum. Matutinum exprimit ortum lucis, nebula verò obicem splendoris; si splendor rutilus astrorum dicitur canticum, non solum ut stellam matutinam celebremus Benedictum; sed in medio nebula, quæ locus utri: quandoquidem & ante lucem, in Conditozem omnium direxit carmen. Alij Sancti & Iusti plaudantur ut stellæ matutinæ: verum Benedictus ut stella matutina in medio nebula; etenim proripit in modulamina vocis, ab utero genitricis. Alij stellæ matutinæ, quia à principio etfi post ortum: Benedictus in medio nebula, quoniam antelucanum: siquidem studuit claritati musicæ, adhuc ingrebrebis habitaculi materni.

8 Iusti fulgent uti stellæ, aliter tamen & aliter, canentes virtutibus simul & laudibus. Alij post ortum Solis intelligentiæ, estò in principio atatis; unde vocantur stellæ matutinæ. Alij post tempus & tempus in Solis fervore, quarentes cum Sponsa, ubi dilectus cubet in meridie. Alij in cælo post obitum, ubi modulantur novum canticum: atamen Benedictus in medio nebula, ut claresceret magis quam voce, musica tempore: igitur cecinit in splendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum. Quatuor vigilia, quæ signantur in Evangelio, conditioni ævi hominum commode aprantur. Prima ante lucem, secunda post nativitatem, tertia ante finem, quarta post mortem. Primæ & quartæ non fit mentio; quippe canticum in prima negatur, in quarta supponitur: sed mirum plane, quòd Benedictus operetur ante nativitatem, quod alij faciunt post mortem. Sponsum in cælo animæ sequuntur laudibus: prius Benedictus consulti modulationibus; quippe canit quæ alij in cælo, priusquam nasceretur mundo. Expediti ergo vinculis corporis Sancti, tunc explicant gaudium in canticis: & sic magni Benedicti musica; quoniam auditur in prima, quæ expectatur in vigilia quarta: siquidem quæ auscultanda cælesti gloria numeris metricis, suavitate modulaminis, audire apprimè in utero genitricis.

9 In vigilia quarta, seu in cælo, naturalis videtur modulatio: etenim ut canit Venantius Fortun. de Gaudijs vite atern. v. 4. Caribus Angelicis hominum sociata propago reddidit honorificum laudis amore sonum. Alternis vicibus divotia poemata psallunt, Atque Creatori mystica verba canunt. In prima, vel musicis competunt tantum si-

Vixit te-
nebras in
utero ge-
nitricis,
splendo-
re vocis.

Musica
vires fin-
gularis.

Luc. 12.
38.

Et cæle-
stia.

Venau.

lencia: ideo dicuntur in utero infantes, inò nec infantes dicuntur, sed *Infantissimi infantium* (ut ait August. *Epist.* 20.) quia impossibile eloquium. Quæ novæ semper magna: quid si impossibilia? In utero matris, pulsantur à Benedicto organa canora vocis. Iarè plauditur mirabile, quod videtur impossibile.

10 Cantat igitur Benedictus canticum novum. Mirabilia utique Dominus facit, ubi puer & infans concinit. At unde Benedicti novum canticum? Ex mensura atque proportione cæterorum. Ad consonantiam musicæ requiritur tempus, quia cum proportione numerus: & celebratur uti novum, canticum Benedicti; quoniam novum est canticum sine tempore. In alijs canticum est, verum non novum, quia fit cum temporis proportione: in Benedicto novum & mirabile; quippe vocem elicit in Conditoris carmen, quin ad carminis formam haberet vocem. In alijs canticum, quia formatum in labijs, postquam illuxit: & in Benedicto novum, quoniam formatum antequam illucesceret. Canticum in alijs, igitur iubilus ex visione lucis: novum in Benedicto, quippe prolatum in tenebris. Canticum, quia post obitum, & novum, quia ante principium. Post obitum alij, quia quem vident, laudant Solem: ante principium Sanctissimi Benedictus; quippe minoravit dulcius voce modulamen, priusquam prodiret in lucem. Nova videnda in singulari miraculo, ut pateret quæ Deus mirabilia fecerat in matris utero. Cantent alij, exultent: at Benedictus singulariter concipet: igitur lux illi in utero matris apparuit, orto iam Sole: cum alijs uterus genitricis essent tenebræ.

11 Pateat novus sensus sententiæ Venantij lib. 2. ubi camenà dulci sacrorum Vates ita canit: Pontificis monitis clerus, plebs, psallit & infans.

Si infanti negatur vox, quippe non fatum; quomòdò vox in numeros reflectetur? Quo pacto concinnabit verbum in canticum, quem fugit verbum? Si psallit, infans non est: & infantis psallentis auditur vox? Mirabile prosum. Arbitror ita, sed in exemplum, ut miremur modulantem Benedictum: siquidem pupus possidens linguam infantem, solvit in musicem. Clerus, plebs, psallit & infans. Ecce prodigium. Holiarum laudis sacrificant & clerus & plebs, ubi etiam infantis auditur vox: sed huius & non illorum plauditur carmen, dum omnes expriment vocem; igitur novum, ut quod ele-

August.

Dulcissi-
ma.

Psalma
27. 1.

Novus

Venau.

Prodigi-
sa.

mus concinit in choro laudis, formetur à puero infante in utero genitricis.

12 *Musica muta* apud Priscos celebris fuit, de qua videtur Ludovic. La Zerd. in *Advers.* cap. 178. num. 11. Quapropter Rex Theodoricus apud Calsiodor. lib. 1. *Var. Epist.* 20. inquit: *Hanc partem musica disciplina mutam nominaverunt Maiores: scilicet, quæ ore clauso loquitur.* Apud Græcos *chiragogia*. Si carminis artifex novit, quas quibus moras vocibus tribuat, ut quod cantur succedentibus ac decedentibus sonis pulcherrimè curvat; subtilius ac dulcius artificium inest Benedicti canticum: quandoquidem vel in utero materno construxit musicen & mutam & eloquentem.

Uterus maternos silentio dedicatur, musica verò vocum reflexione cognoscitur: & non plauditur pueri Benedicti musica, quia musica consona; sed quia musica muta: igitur in claustris genitricis, ubi alij tacent, in carminibus laudum exercet vocem. Musica est; quippe vox metricè auditur, & muta, quia auditur, ubi non vox. Unde mirabilis sonus, igitur loquitur mutus. Quid quòd Baptista in mundo existeret, priusquam Verbum caro factum in gremio Virginis esset? *In mensè sexto* à conceptione pueri, missus est à Virgine Angelus Gabriel. Cur non simul concipiuntur, vel prius qui erat omnimodò maior? Puer ex Virgine Verbum est, puer ex Elisabetha Verbi vox: & prius concipitur Præcursor Baptista; ut latens mysterium per distincta innosceret tempora: igitur cunctis prodigium, quòd vox esset, priusquam verbum. Verba nullo modo efformari possunt intra viscera materna, quoniam illotunc infantium lingua captiva, & vinculis genitricis, & vinculis conditionis. Aliquid videndam singulare in Benedicto: & ibi auditur in laudem Creatoris modulatio, reflexio vocis minuzantis lingue, etiam in lingue captivitate; siquidem minimè esset singulare miraculum, nisi esset vox antequam verbum. Alstruit mira Benedictus antequam natus: igitur diversis vocibus in gremio matris eius concipitur musica, & priusquam quiret articulare verba.

Quomò-
dò in Be-
nedictis

Luc. 1.
26.

Vox il-
lius mi-
rabilis,
quia sine
verbo.

Venau.

Prodigi-
sa.

13 Ex fecunditate verbi auditu gignitur vox in infante: ideo muti permanent, qui à nativitate sardi. Quod præter, vel supra naturam est, semper miraculo fit: & in musica Benedicti infantis, micat specimen mirabilis perfectionis; quippequam voce melodius edidit canticum, & priusquam audisset verbum. In utero genitricis nihil auditur, infans ibi nunquam loquitur: &

Benedicti ibi celebratur armonia; quia illius musica, musica muta: musica, quia voce; muta, quippe taciturnitate. Musica, in vocum modis; muta in artificio carminis: musica, auditu canticum; muta, deficiente verbo: musica muta Conditoris magis grata, quoniam formæ consonantiæ præ tempore nulla forma.

Huiusmodi musices artificium nunquam auditum, nonnumquam desideratum. Plausibilior decet in musica vox, cui competit summa laus. *Te decet hymnus Deus in Sion:* canit David. *Tibi silentium laus Deus in Sion:* legit Hieronymus. Laus & silentium? Silentium excludit voces, igitur nullum verbum in sphæra taciturnitatis: hymnus in musicam institutus, metricis consistat pedibus, & pedes vocibus. Quæ igitur legerunt silentia carmina, & cum vocibus silentia? Quæ vocibus implicant, magis in musica consonant: proponunturque hymnus & silentium in summa suavitate canticorum; quoniam Deo in vocibus magis grata, quæ musica muta. Musica sine voce non fit: muta erit; si auditur, & non est vox. Ubi nulla vox, regnat silentium: & Deum decet silentiosum canticum; quoniam melos suavissimum musicæ, ubi voces audiuntur sine voce.

14 Ad argumentum descendamus, Musica percipitur, ubi canitur: muta erit, si cantatur, & siletur. Mancipantur profectò taciturnitati, quique infantes necdum orti. Benedictus in utero matris hymnodiam succinit; & Deum huiusmodi musica, uti artificiosior, decet; siquidem audit hymnum, ubi nunquam auditum nisi silentium. Musica muta fit ore clauso, sicuti vidimus ex Theodorico: ore clauso non est vox, quoniam ex percussione aeris ad palatum sonus fit: & Deo placet, quod Benedictus concinit; igitur non habens vocem, exprimit vocibus carmen. Muta lingua loquitur, etiam dum sub silentio detinetur. Musica in laudem Deo placet, quoniam in hominibus gratitudinis signum; verum post silentium infantie non est novum: placent magis nova: & Deus delectatur Benedicti musica muta; quippe ad musicæ armoniam non erat corpori forma. Alij cantant, cæterum dum ora laxantur. Nonne, dum os occluditur, mirum? Laudant extra silentium, quod arctè observat natura intra viscera materna: vox ibi silentiosa & taciturna; sed omninò mirabilis, quoniam vox sanè ultra naturam vocis: & ubi Deo cogitatur & digigitur nova atque singularis modulatio, illum magis decet, & placet hym-

Musica
muta cur
magis
consonat

Psalm.
64.
2.
Hic. ou.

Vox sine
voce in-
tra.

Mirabi-
lior silen-
tiosa.

hymnus Benedicti sub silentio : quandoquidem resonat vox armonica laudis, sub silentio gravi ex utero genitricis.

15 Denique. Silentium proponuntur & hymnus, ut conset conione Domini plausus. Non designatur ab hominibus maximum, nisi quod cogitationi videtur implicatorum. Hymnus laudem Domini musicam notat : silentium natura per infantem designat : siquidem non numeraret infantem, si haberet verbum, aut vocem : & ubi Benedictus depromit canticum, decent Deum laus & silentium ; quia laus eius celebranda difficilliore, atque suaviori musica : de nulla suavior, neque difficillior, quam qua vox resonat in ubilo, & verbum sepelitur sub silentio.

Huiusmodi artis armoniam tantummodo Deus audit, quia solus voces in hac musica cognoscit. *Qua habitas in hortis* (dicit Amastus) *amici auscultant, fac me audire, vocem tuam.* Canere iubet Sponsam : verum si eius vox erumpit, adstantibus alijs, in carmen ; quo pacto solus cantantis exaudiet vocem ? Quia musica muta, quae magis artificiosa igitur construitur modulatio, cum voces sunt sub silentio. *Voces*, quia promittitur laus : *Sub silentio*, quia supra naturam vox : & ut conset Sponsa musica dulcior, ita canere in delectatione iubetur ; quod vel amici qui auscultant, in voce vocem non audiant. Audiunt auscultantes, cum post infantiam in carmen aptantur organa vocis : voces non audiunt, etiam auscultent ; dum voces infantium intra viscera latent : ceterum tunc musica exaudientis magis gratas ; quippe dissonae consona musica muta. Consona, quia suavissimè succinitur : dissonae verò, quia vox corpori, vocis organo, pro tempore non aptatur : igitur Echus adistat totum vox, nihilque praeterea. Deo placet, quod magis decet : & placet illo articulo Sponsae metricum canticum ; quoniam Dominum decet laus, & silentium. Patet acceptio Domini ex voluptate Benedicti mutae musices, ubi vocem eius audit in utero matris.

16 Vox igitur infantis in gremio genitricis, tanquam effectus causae incognitae auditur, & nos miramur : verum quid ? Quam nactus est Benedictus adhuc in utero gratiam Dei. Si profano licuit canenti dicere, lib. 6. *Fasior.*

Est Deus in nobis agitatus calefcimus illo. Benedictus demonstravit musicam, Deum esse iam in illo collata gratia. Gratiae sanctificantis effectus clarescit cantus. Adveniente Spiritu Sancto, factus est de caelo sonus : & pro insigni sanctificantis formae ; apparuerunt discipulis dispersa in lingua ; et promentibus per linguarum musicam suavem, cordium laudantium miram sanctificationem. Linguae apparent, & linguae ignitae : igne calefcunt, linguis loquuntur. Ergo Deus in illis per gratiam, linguis indicantibus caelestem formam, & concordiam musicam : quandoquidem repleti Spiritu Sancto, ceperunt loqui. Linguam, quam non novebant, fantur, voces illatenus inauditas loquuntur : & mittunt. Linguae tamquam ignis, in signum claris sanctificationis ; etenim corda verba minime mitterent in muta labia, ni Deo agitata calefcerent intra. Infans nunquam loquitur, quae non audierit : teste Plinio lib. 11. cap. 51. & Benedictus in utero matris canit ? Ubi quae canit, audit ? In gratia planè. Gratia & propter gratiam canit : *De excelso misit Dominus ignem & eruditur* : ignem & linguam : linguam in musicam, ignem in gratiam : igitur in infante astruat gratiae splendorem voces ignotae.

17 Liqueat, ergo canticum novum, dum psallentem audimus sine voce Benedictum. Culpa originalis transgressione exprimitur fletu, gratia liberatrix cantu. Dæmon latro insidiatur ingredientibus in mundum, & extorquet à captivis censum connaturalem lachrymarum : viam vitae incipit percurrere in utero infans, & primæ noxae tunc percussit latroni poenas : verum ut coruscaret gratiae infantis Benedicti nitidus fulgor ; *Cantavit vacuus coram latrone viator.*

18 Inarticulati sonus vocum Ieremias, cum adhuc esset in genitricis ventre, fuit musica insignis, & signum admirationis, ut notavimus Tom. 1. *Tautolog. 4. Didasc. 14.* num. 16. Sonos audiamus musicæ mutæ, & quae continentur vocem. *A, à, à, Domine Deus.* *A, à, à,* musica est : & mirum sanè quod caneret, priusquam in lucem Propheta prodiret : igitur loqui musicè feliciter natus, qui nondum in mundo cognitus. Quae continentur in huiusmodi musica sunt ampliora : *Domine Deus.* Deum cognoscit ; & loqui, quia in utero matris, nescit. Musica magna, quoniam musica muta ; sed qua Pro-

pro insigni sanctificantis formae ; apparuerunt discipulis dispersa in lingua ; et promentibus per linguarum musicam suavem, cordium laudantium miram sanctificationem. Linguae apparent, & linguae ignitae : igne calefcunt, linguis loquuntur. Ergo Deus in illis per gratiam, linguis indicantibus caelestem formam, & concordiam musicam : quandoquidem repleti Spiritu Sancto, ceperunt loqui. Linguam, quam non novebant, fantur, voces illatenus inauditas loquuntur : & mittunt. Linguae tamquam ignis, in signum claris sanctificationis ; etenim corda verba minime mitterent in muta labia, ni Deo agitata calefcerent intra. Infans nunquam loquitur, quae non audierit : teste Plinio lib. 11. cap. 51. & Benedictus in utero matris canit ? Ubi quae canit, audit ? In gratia planè. Gratia & propter gratiam canit : *De excelso misit Dominus ignem & eruditur* : ignem & linguam : linguam in musicam, ignem in gratiam : igitur in infante astruat gratiae splendorem voces ignotae.

17 Liqueat, ergo canticum novum, dum psallentem audimus sine voce Benedictum. Culpa originalis transgressione exprimitur fletu, gratia liberatrix cantu. Dæmon latro insidiatur ingredientibus in mundum, & extorquet à captivis censum connaturalem lachrymarum : viam vitae incipit percurrere in utero infans, & primæ noxae tunc percussit latroni poenas : verum ut coruscaret gratiae infantis Benedicti nitidus fulgor ; *Cantavit vacuus coram latrone viator.*

18 Inarticulati sonus vocum Ieremias, cum adhuc esset in genitricis ventre, fuit musica insignis, & signum admirationis, ut notavimus Tom. 1. *Tautolog. 4. Didasc. 14.* num. 16. Sonos audiamus musicæ mutæ, & quae continentur vocem. *A, à, à, Domine Deus.* *A, à, à,* musica est : & mirum sanè quod caneret, priusquam in lucem Propheta prodiret : igitur loqui musicè feliciter natus, qui nondum in mundo cognitus. Quae continentur in huiusmodi musica sunt ampliora : *Domine Deus.* Deum cognoscit ; & loqui, quia in utero matris, nescit. Musica magna, quoniam musica muta ; sed qua Pro-

AG 2.3

Dei gratia urgebatur in verba. Verf. 44

Canit Benedictus quia in utero matris suavitatis Thren. 1. 13.

Plal. 97

Iuve natal.

Eius musica compada a gratia.

Ierem. 6.

Cognitio Dei ante nativitatem supra rationem humanam cognoscitur.

Propheta canit, artem musicæ vicit : etenim ante editionem in publicam lucem, Dei perfectam demonstravit cognitionem.

19 *Domine Deus.* Nota : eadem Thomas protulit. *Dominus meus, & Deus meus* : stupens dixit. Elogia à Domino accepta, quippe à ratione victa, & voluntate gratas ; verum Thomas non fit magni, & admirationem elicit idem plausus Ieremias. Cur igitur similem non obrinet laudem, ubi de eodem eandem profertur vocibus cognitionem ? Uterque profectò cognitione devotetur Deitati ; verum non fuit Deitatis cognitio in eodem tempore. Thomas profertur, sed ultra mensuram temporis : Ieremias vel in flore teneræ ætatis : & minime magnum, quod ætas antecellat cognitionem ; & iure mirum, quod Dei cognitio præcedat ætatem. Perfectio, quæ mensuratur tempore, potius est perfectio temporis, quam mensura perfectionis : laus non est addicta tempori, sed virtuti : & plauditur merito elogium Ieremias ; quia ubi tempus cognitionem præcurrit, tempus præcurrens cognitionem superavit. Sed hoc late *Didasc. seq.*

Ioann. 20. 28.

Mira qua tempus antecellit.

61.

Verf. 29

Felicissimus.

Beatus qui cognoscit, et in musicam erumpit.

Bonif.

Conspexit mundum, cui comoda tanta forebat. Si noxa astruitur per fletum ; ante fletum Benedictus elicit canticum, ut inhabitantem per gratiam promeret spiritum : siquidem haud esse singulariter felix, ni gratiam sanctificantem signaret cithara vocis.

22 In statua Memnonis, quæ collocata in templo Serapidis, singulari artificio ; adumbratur Benedicti modulatio. *Germanicus* (inquit Cornel. Tacitus lib. 2. *Annal. cap. 61.*) *miraculis intendit animum : quorum præcipua Memnonis saxæ effigies, ubi radijs Solis icta, vocalem sonum reddens.* Iure numeratur inter miracula, quod vocem redderet statua muta : sed magis in statua insigne, quod radijs Solis, resonaret acturam musicis numeris. Perpropter factus in matrum gremio appellatur statua. Oculos habent, verum minime vident : aures habent, & non audiant : os habent, & non loquuntur. At Benedictus loquitur, quæ non audierat ? Cognoscit, quæ non viderat ? In statua muta vox est ? Radijs illustravit Sol : & per sonum vocalem admirabilis musicæ, coruscavit in statua fulgor gratiæ.

23 De nostris miraculis sumptum ferè quod à Pricis factum. Acidalius fons, ut vidimus *Didasc. præced.* num. 12. dicatur Gratij etiam sacratu fuit Musis. Gratia in anima nunquam otiosa. Amor, ignis & gratia nusquam ocella. Ideo canit puer Benedictus, vel dum infantem venter continet materius. Canit pupus Domino laudes : & qui facer est Gratij, deditur illicò Moysi ut per constructam in utero matris musicam, audientibus vel illic signaret gratiam. Qui Deo pleni, carent vocum libertate. Unde Cassiana apud Senecam in *Agamem.* Act. 3. v. 714. dum tacere conatur, in vocem urgetur :

— *Verba nunc ocluso melle*
Cussodit ore Manas impatiens Dei.
Perperam latebit sub custodia silentij, dum Deus habitat in corde. Nititur in contraria natura, sed premit gratia.

— *Phœbi nondum patiens, immanis in antro*
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum : tanto magis ille fatigat
Effera corda domans, fingitque premedo.
Canit Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 80. In antro ventris iacet Benedictus : ut moduleretur voce suavi, non est tempus. Pugaat conditione tunc rudis, ex cutere, vel arcerè à pectore magnum Deum : at cum gratia magis urgeat, ubi natura ocellere tentat ; exauditur quasi entusiasmice Benedicti modulatio, ut pateat vel in ventre genitricis plenus Deo.

Claud;

Memnonis statua. Tacit.

Beardus per modum detexit gratiam;

Acidalius fons.

Gratia nequit occidit.

Seneca.

Virgil

Benedictus in matris utero plenus Deo.

Nulla vox suavis in musica.

Cont. 2.

Nec magis Domini gratia.

Ovid.

Ovid.

Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat. 24. Gratia supernaturalis iusta claritas linguarum infantium fecit disertas: igitur Benedictus & Soror praefer naturae curium, hymnodias Creatori apprimè modulabantur. Peccatores in communi habitaculo frigore culpae silent, ceterum hi gemelli fervore gratiae, cecidit adinstar minime silent, dum ardent. Ad instar cecidit, proposito dixi: quippe iuxta Plinium lib. 11. cap. 26. caret ore, & linguam habet in pectore. Haec tunc musica muta: verum si fit in corde, profecto è gratia.

Verbum Christi abundanter habitare in pectore discipulorum satagit misericordiae charitatis Doctor Gentium. Omnia per musicam instruenda quasi per indicem, hominem interiore vocum suavitate demonstrantem. Verbi Christi habitatio: Psalmis, hymnis, & canticis. Abundantia habitatio: In gratia canentes in cordibus vestris Deo. Canere in corde, novum utique: sed proponit in exemplum fingulare; quippe non habet meritum, nisi cordi conformetur ex ore canticum. Huiusmodi musicae consonantiam, ut cantica efformet in psallentibus delectabilem musicam, concinnat N. Patriarcha Regum, Sancti. cap. 19. dicens: Sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordat voci nostrae. Ecce meriti armonia, & tavoris acceptabilis musicae consonantia: quoniam minime placet musica vocis, sine musica pectoris.

Canentes in cordibus: Apostolus ut originem exponit gratiam, describens hanc sine musicam. Vivide prorsum, ubi Benedicti & Sororis auditur canticum: siquidem nisi gratia inest pectori, non esset carmen in ore. Gratia canentes in cordibus: id est, Afflatus Spiritus Sancti: subdit hic Chrysolomus. Quomodo quirent in ventre matris concinere, nisi viverent Deo pleni? In corde minime invenitur vox, sed impulsus ad vocem: in ore & gutture vocem efformatur modulamen: & vox quae invenitur in infantibus, est vox canticum in cordibus; quippequam à gratia impellebat cordium, quod resonabat ore musica canticum. Musica in ore, uti naturalis delectat, ceterum aures non innovat: musica pectoris, sine proportionem vocis, deservit admirationi; non auditur; quippe plus significat, quam dicit: & in corde parvulorum gratia musicam fraat; etenim iam verbum Christi in cordibus habitabat, dum lingua commota à corde laudes vel muta canebat.

25. Ulterius. Gratia non solum verbis

Christi habitabat in pueris indice musicae, sed abundanter. Abundat gratia; ubi foras prouit, quod intus laet. In cordibus non est vox, licet sit laus: cantus sine voce non fit: & dum audiuntur voces in utero diversis modulaminibus, designatur & aprè cantus in cordibus; siquidem abundantia gratiae cordis, diffundit gratiam in labijs. Musica illo in articulo non valebat à natura habere principium, dum infantibus constituit pro conditione silentium: & ubi merito vocantur infantes, vox quae auditur, designat gratia canentes; etenim haud possent pupi erumpere in musicam, nisi infantes haberent gratiam. Innuat Paulus: Docentes (ait) psalmis, hymnis, & canticis. Quid sine voce docturi infantes in utero genitricis Abundantiam gratiae, & miraculum insigne: quandoquidem quam gratiam vel in illo statu habebant; psalmis, hymnis & canticis explicabant. Gratiam canant, & etiam in canticone prodigium: etenim si tunc gratiam sanctificantem confert, magna fuit gratia; canticis demonstrari, universa mirabilia.

26. Ithac Vates Regius intendit enarrare, plaudens Dominum corde. Narrabo (ait) universa mirabilia tua. Quodnam erit argumentum, in cumulo innumerabilium mirabilium? Faxò subdit: Letabor, & exultabo in te, & psallam nomini tuo. In carmine, in exultatione, & laetitia insunt universa miracula? Utrique: sed intendite, quam singularis musica Benedicti. Tres hic numerantur species gaudij. Laetitia à dilatatione cordis: exultatio ab exterioribus signis: musica à quibusdam laetitia signis specialibus, vel affectibus. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 31. art. 3. ad 3. Laetitia cordis à gratia, exultatio à speciali gratia, musica à specialissima gratia. Gratia datur cordi, quae iurè gaudet; & percipitur abundanter concessa, dum cor laetificantem exultat: siquidem quam non valens continere intra penetralia pectoris; demonstrat cunctis, corporis exterioribus signis. Patuit in Ioanne (de quo Venant. de Part. V. ing. v. 54.

Infans personat munere praeco novus.) in ventre genitricis sanctificato: Exultavit in gaudio infans in utero. Gaudium ex gratia concessa: sed ibi specialis gratia; quoniam exultatio subsecuta fuit laetitia, qua fruebatur per collatam gratiam. Ubi gratia communis, gaudium manet in corde purificato: & Ioannes infans prae gaudio etiam exultat in utero; quoniam specialis concessa in utero matris gratia, urgebat pectus in exteriora signa. Alibi de illo dicitur Gaudio gaudet: modo,

Gratia vocis cordis diffusa in labijs.

Ubi sup.

Psal. 9. 2.

Verf. 3. Demonstravit musicæ, quod possidebat in pectore.

D. Th.

Venant. Luc. 1. 44.

Gratia eius singularis.

Ioan. 3. 29.

Ubi singularis in.

In anima musica visa Dei mirabilia uniuersa.

Puer in utero Io triumphante proclamavit.

August.

Ovid.

Horat.

Dan. 3. 61.

27. Exultavit in gaudio. Ibi laetitia communis: in utero genitricis gratia omnino singularis: quae quidem non appareret, nisi in alio genitricis exultaret; designante salubris corpore, quam gratiam Ioannes possidebat in pectore.

27. Ultra procedamus, ut resplendeat Benedictus. Gaudet in utero matris, exultat, sed exultat in modulatione musicæ. Primum, laetitia est: secundum exultatio; tertium utriusque perfectio. Prima gratia ex qua laetitia, & in utero, miraculum. Abundantia gratiae, ex qua exultatio, maius portentum: verum exultationem erumpere in vocem summum prodigium: & dum in laetitia & exultatione additur musica, mirabilia Dei proponuntur uniuersa; quippequam psallere in utero genitricis Benedictum, haud rite exponitur, nisi recensatur cumulus miraculorum. Magnum nam quod gratia impellat corpus, ut gestu explicet, quod corde continet; magna motibus loquitur, ubi voce loqui nullo modo permittitur: at inauditum, uti maximum, infantem prae gaudio promere vocem: unde David meditante laetitia & exultationi etiam addidit infantis nobile carmen; quoniam sine voce vocibus musica consona, uniuersa Domini mirabilia.

28. De quodam puero infante, inter prodigiosa refert Ioannes Ravius in Offic. lib. 7. cap. 53. quod semeltris proclamavit triumphum. Miraculum naturæ est, verum non summum. Summum arbitror, quod refert Livius lib. 24. & recollit August. lib. 3. cap. 31. de Civit. Dei, scilicet, infantem in utero. Id triumpho clamasse, id plausus victoriae est. Hinc Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 2. Tempora Phoebea lauro singentur, Ioque Miles id magna voce triumpho canet. Ipse sono, planctusque simul, &c. Horatius lib. 4. Od. 2. v. 43.

Tumque dum procedis, id triumpho Non semel dicemus, id triumpho Civitas omnis

Eadem Valerius Martial. lib. 5. Epigr. 26. lib. 7. 5. & lib. 8. 4. Id dixit puer in matris utero, pro triumpho alieno. Benedictus, id triumpho de proprio: igitur cecinit adhuc in utero prodigiosa musicæ, victoriam partam à gratia de peccato originali. Tacuerunt pueri missi à Nabuchodonosor in ignem: nullam laudis depremore vocem: sed ut vincula fracta, soluta sunt ora, explicantibus per vocem, quam à caelo feliciter acceperat libertatem. Quasi uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum. Quod accidit pueris in ignis fornacis.

ce, gratiam astruit Benedicti: iacebat ligatus, compedibus noxae constrictus; veram illico ut ignis gratiae combusit vincula culpae, melos auditum in ore, canente insignem novam victoriam, quam infans in utero acquisiverat per gratiam. Sacrificavit hostiam laudis per organa vobis, & nomen Domini oppidoquam invocavit; quia Dominus misericors vincula culpae ditupit. Claret merito novus psalmicen, dum in matris visceribus intonuit carmen, soluto involuero cordis, & permanentibus infantis corporis vinculis. Madè puer summam in puero felicitate. Euge vel à pupo eximie. Clares gratia, clares & nomine. Euge maxime: dicitur id triumpho: igitur monstra superat illi originis, & antequam nosces, & nosceris. Quasque ibi manibus circumplaudere tuorum, Undique iactata flore te gente vias.

Inde petes arcem, & delubra: faventia votis: Et dabitur merito laurea vota Iovi.

DIDASCALIA VI.

S. Benedictus ab ipso pueritiae tempore aetatem transiit.

1. C. Lamat Gregorius Magnus in Praef. ad vit. Benedicti lib. 2. Dialog. Non amplectitur communem regulam temporis vita singularis, nec in medio aetatis absconditur lucerna perfectionis. Noli dicere puer sum: praecipit Ieremiae vel in matris vulva. Non puer, qui prae teneritudine nequit formare verba? Aetas perfectionis non mensuratur aetate, sed virtute: & quem velut non perfectum continet mater, non est puer: quippe qui aetate transit per virtutis perfectionem, vel infans habet perfectissimam aetatem. Felix ingenium (inquit Seneca Epist. 95.) salutaria in transitu rapuit. Quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quae tradi solent, perveniunt sine magisterio. Unde ista tam rapacia virtutum ingenia, vel ex se fertilia? In bonum promov citius eduxit ad summa. Benedictio pro felicitate usurpata, visa est in Littera Exposit. num. 9. & Abraham plauditur bis factus, dicente Domino: Benedicam tibi, erisque benedictus. Felix, quia nacta perfectio: & iterum felix; quippe quod alij in exitu, nancisceris in principio. Eris Benedictus Hebr. Et esto benedictio. Varietas lectionis apicem declarat felicitatis. Eris, futurum est tempus: Esto, praesens: & patet summa festi-

Culpae patet vincula fracta, audita monstra.

Ovid.

Gregori Mag.

Ieremia 1. 7.

Instris perfectio qua à principio

Seneca

Gen. 17. 21.

Summa praesens, qua futura.